

## Band II., Nr. 429, Seite 217-219

*Papst Alexander III. nimmt das Kloster Adelberg samt dessen Besitztum in seinen unmittelbaren Schutz und verleiht demselben verschiedene ausgedrückte Begünstigungen.*

Viterbo, 1181. Juli 22.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Odelrico preposito ecclesie sancte Marie et sancti Udalrici Adelbergensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam beate Marie et sancti Udalrici Adelbergensis, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis si quidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem Premonstratensium fratrum de favore karissimi in Christo filii nostri Frederici, illustris Romanorum imperatoris, in domo vestra noscitur institutus, perpetuis in ea temporibus observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona, tam in ecclesiis quam villis, agris, vineis, pratis, curiis, decimis et mancipiis eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque prepositi sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia

## II

seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Pro confirmatione sane electionis vel electo deducendo ad sedem nihil<sup>a</sup> umquam ab aliquo obtentu alicuius consuetudinis exigatur. Porro a conventibus synodalibus, qui fiunt sine presentia episcopi per decanos, archidiaconos vel archipresbyteros<sup>b</sup> locorum, vos et successores vestros decernimus omnino liberos perpetuo commanere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte protectionis aureum unum nobis nostrisque successoribus deinde<sup>c</sup> singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit<sup>d</sup>, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu<sup>e</sup> Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu<sup>f</sup> Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia æterne<sup>g</sup> pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(*Rundzeichen.*)<sup>h</sup> + Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, subscripsi.<sup>i</sup>  
(*Monogramm für Bene valet.*)

+ Ego Paulus, Prenestinus episcopus, subscripsi.<sup>j</sup>

+ Ego Petrus, presbyter<sup>k</sup> cardinalis ecclesie sancte Susanne<sup>l</sup>. + Ego Arduinus,

---

<sup>a</sup>Original: *nichil*.

<sup>b</sup>Original: *archipresbiteros*.

<sup>c</sup>Im Original *deinde* auf einer Rasur mit etwas dunklerer Tinte, aber gleichzeitig geschrieben. Es stand wohl zuvor *annis*.

<sup>d</sup>Original: *temptaverit*.

<sup>e</sup>Original: *Jesu*.

<sup>f</sup>Original: *Jesu*.

<sup>g</sup>Original: *eterne*.

<sup>h</sup>Original und Vorlage mit der Umschrift: *vias tuas domine demonstra michi*.

<sup>i</sup>Statt *subscripsi* liest Besold *m.p. (manu propria)*.

<sup>j</sup>Statt *subscripsi* liest Besold *m.p. (manu propria)*.

<sup>k</sup>Original: *stets presbiter*.

<sup>l</sup>Original: *cardinalis tituli sancte Susanne subscripsi*.

### III

presbyter cardinalis ecclesie sancte crucis in Ierusalem<sup>m</sup>. + Ego Laborans, presbyter cardinalis sancte Marie trans Tiberim tituli<sup>n</sup> Calixti.

+ Ego Iac(inthus) sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis<sup>o</sup>. + Ego Iohannes, diaconus cardinalis sancti Angeli<sup>p</sup>. + Ego Mattheus<sup>q</sup> sancte Marie nove diaconus cardinalis<sup>r</sup>.

Datum Viterbii per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, XI. kalendas Augusti, indictione XIII., incarnationis dominice anno MCLXXXI., pontificatus vero domni Alexandri pape III. anno XXII.

—

Nach CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, Adelberg, Nr. 2, S. 15. Einige offenbare Druck- und Lesefehler bei diesem sind oben stillschweigend berichtet worden.

Nachträglich wurde der Textabdruck mit dem Original im damaligen Besitz der Universitätsbibliothek München verglichen. Die sich daraus ergebenden Abweichungen sind in den Anmerkungen nachgewiesen.

Am Original an rot-gelben und blassgelben Seidenfäden die gewöhnliche Bulle dieses Papstes.

---

<sup>m</sup>Original: *cardinalis tituli sancte crucis in Jerusalem subscripsi.*

<sup>n</sup>Statt *tituli* liest Besold unrichtig *Ecc.* (*ecclesie*).

<sup>o</sup>Original: *diaconus cardinalis subscripsi.*

<sup>p</sup>Original: *Angeli subscripsi.*

<sup>q</sup>Original: *Matheus.*

<sup>r</sup>Original: *cardinalis subscripsi.*

## Überlieferung und Publikationen

### Überlieferung und Textkritik:

Nach WUB Bd. VII, S. 478 in der UB München, nach Kanzleiakten G.II.18 d. D-Nr. 578 und 730 von 1956 dort nicht mehr vorhanden.

### Editionen:

FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 3 (nach Besold, Schluss fehlt).  
CHARLES LOUIS HUGO : Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis annales : in duas partes divisi, 2 Bde., Nancy 1734-36, Bd. 1,1, Prob., S. 81 (Schluss nebst Datum fehlt).

### Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 4. PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 14415. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 213, Nr. 1.

### Literatur:

Württembergische Vierteljahrshefte NF 2 (1894), S. 456ff.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Viterbo

### Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Jerusalem, Israel

Palestrina, Latium, Italien

Viterbo, Latium, Italien